

642-5748

Blank white label on the left edge of the page.

## Opusculorum ordo Romanus cum novo comparatus.

Ordo Romanus.

I.  
II.  
III.  
X.  
XI.  
XII.  
XIII.  
XIV.  
XV.  
XVI.  
XVII.  
XVIII.  
XIX.  
XX.  
XXI.  
XXII.  
XXV.  
XXVI.  
XXVII.  
XXVIII.  
LVII.

Ordo novus.

I.  
III.  
II.  
IV.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XVIII.  
XVII.  
XVI.  
XX.  
XXI.  
V.  
XII.  
XIII.  
XIV.  
XV.  
XIX.

## Opusculorum ordo novus cum Romano comparatus.

Ordo novus.

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XII.  
XIII.  
XIV.  
XV.  
XVI.  
XVII.  
XVIII.  
XIX.  
XX.  
XXI.

Ordo Romanus.

I.  
III.  
II.  
X.  
XXII.  
XI.  
XII.  
XV.  
XVI.  
XIII.  
XIV.  
XXV.  
XXVI.  
XXVII.  
XXVIII.  
XIX.  
XVIII.  
XVII.  
LVII.  
XX.  
XXI.

In Admonitiones prævias ad

## OPUSCULA

Typographi monitum.

Prævias Admonitiones non in numeros solummodo partitas, sed in varia capita insuper tributas præter morem dedimus, ne eorum que in his pertractantur copia Lectorem involveret.

IN TRIA SEQUENTIA  
OPUSCULA

FR. JOANN. FRANCISCI BERNARDI MARLÆ

DE RUBEIS,

ORDINIS PRÆDICATORUM

## ADMONITIO PRÆVIA

De Opusculis Sancti Thomæ Aquinatis generatim: tum vero de singulis, contra errores Græcorum ad Urbanum Quartum: itemque contra Græcos, Armenos, & Saracenos ad Cantorem Antiochenum: deque genuino compendio Theologiæ, alteroque supposito.

## CAPUT I.

Censuram quorundam judicium de numero Opusculorum, quæ sub nomine Sancti Thomæ prodierunt. Refellitur. Editiones aliquæ expenduntur.

**P**ræter opera majora, quæ Philosophiam, & sacram Doctrinam complectuntur, alia minora plura, vulgo *Opuscula* nuncupata, utroque de argumento elucubravimus pro data occasione, aliorumque votis ut morem gereret, Sanctus Thomas. Ad criticum jam vocavimus examen illa *Opuscula*, quæ partem aliquam divinorum eloquiorum explanant, aut his affinia sunt. Theologici argumenti *Opuscula*, itemque Philosophici supersunt, de quibus agendum mihi est.

Antequam de singulis dissero, Petri de Alva & Astorga, aliorumque censuram, quæ *Opusculorum* numerum jure nullo imminuit, expendere præstat, refellere, profligare. Ait ille in *Nodo indissolubili de conceptu mentis, & ventris*: „Opera Sancti Thomæ (majora, & minora intellexisse videtur,) quæ ab initio tantum erant septem admissa ut legitima, sæculo secundo creverunt usque ad viginti, & sæculo tertio ascenderunt usque ad quinquaginta octo, & modo circumferuntur centum viginti & octo, vel secundum aliam supputationem, centum & septuaginta. *Opuscula* item parva, ubi initio tantum erant tria, creverunt usque ad septuaginta tria. Ad majora quod attinet Opera Thomæ, inscitia, & invidia plenam Petri de Alva censuram luce meridiana clarius ostenderunt validissimis adornatis vindictis Nostrates, & exteri Viri clarissimi: eandemque nos pro modulo nostro spartam ornatus in Admonitionibus, quas luci publicæ damus. De parvis *Opusculis* jam fortunato Marte egerunt laudati scriptores, mox agam & ego.

Apud Franciscum Janssens Elingam in sua ad Petrum de Alva Responsione: *Coloniensis* quidam infundate, (ut ipse Jansius ait,) *triginta & octo Opuscula sub Sancti Thomæ nomine impressa* (Romæ anno 1570. majoribus characteribus germana, minoribus dubia,) *Sancto Thomæ subtrahere voluit, & adscribere B. Alberto Magno, tamquam legitimo Auctori: subtrahitis enim 38. de 73. solum remanerent 35. Excusabilis tamen est, quod inconsideratus gerit in illa materia pro Alberto, Germanus pro Germano, Coloniensis pro Coloniensi, in Sanctum Thomam non malevolus, sed Conventus sui plus zelans honorem, quam judicium, & veritatem. Ita pro meritis vapulata Coloniensis Anonymus.*

Censuram Petri de Alva absurdam adeo, & vanam vidit Casimirus Oudinus, bono licet studio erga Aquinatem minime ductus, ut eam proculam dixerit ad *emulationem, & invidiam Sancti Thomæ conciliandam*: irritum tamen voto, & conatu. Ego solam veritatem inquiri, (inquit ille Dissert. De Scriptis S. Thomæ Capite xx.) *nec ad contentiones, & rixas criticum exerceo. Hic animus Oudino si fuisset, tam probra multa, & invidiosa, quæ castigabimus frequentius, ac porro castigabimus, scripsisset nunquam.* Itaque ingenue fautor, omnes ferme veteres *Opusculorum Sancti Thomæ Aquinatis* Nomenclatores recensere illa usque ad quadraginta ad diversas personas: non computatis majoribus Operibus, & Commentariis, tam Philosophicis, quam Theologicis.

II. Testibus ipsis jam vocatis, examen insituendum est. Primus adest Ptolomæus de Luca. Is Libro



1080045256

DOCTORIS A. P. LICH  
 ORDINIS PREDICANDI  
 OPERA  
 QUINTA EDITIONEM  
 AD PLURIMA EXEMPLA CIRCA  
 ANNO 1600  
 IN FRANCISCO DE AUBIS  
 NOTISSIMO  
 DE NICOLA ET MADALINA  
 TOMUS SEPTODECIMUS  
 COMPLETUS

203.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
 CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

25/1/83 MICROFILMADO R-27

DIVI THOMÆ  
AQUINATIS,  
DOCTORIS ANGELICI,  
ORDINIS PRÆDICATORUM,  
OPERA  
JUXTA EDITIONEM VENETAM

AD PLURIMA EXEMPLA COMPARATAM.

Editio prima Matritensis à quam pluribus mendis repurgata.

CUM PRÆMONITIONIBUS

R. P. FR. FRANCISCI DE RUBEIS

NOTISQUE

PP. NICOLAI ET MADALENA EJUSDEM ORDINIS.


TOMUS SEXTODECIMUS  
COMPLECTENS OPUSCULA THEOLOGICA.



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: MDCCLXXI.

EX TYPOGRAPHIA BLASII ROMAN.



B21749

T6

1763-66

v. 16

DIVI THOMAE

AQUINATIS

DOCTORIS ANGLICAE

ORDINIS PRÆDICATORUM

OPERA

IUXTA EDITIONEM VETUSTAM

AD PLURIMA EXEMPLA COMPARATAM

Edito prima Parisiensis à quam pluribus mensis reposita.

CUM PRÆMONITIONIBUS

R. P. FR. FRANCISCI DE RUBEIS

NOTISQUE

FR. NICOLAI ET MADALENÆ RUBI

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

TOMUS SEXTUS

COMPLECTENS OPUSCULA THEOLOGICA

132669



SUPERIORUM PERMISSU

MATTHIÆ MDCCLXXI

EX TYPOGRAPHIA BASSII ROMANÆ

# INDEX OPUSCULORUM

Quæ in hoc Volumine continentur.

I.	Contra errores Græcorum ad Urbanum IV. Pontificem Maximum. <i>In cit. edit. Romana anni 1570.</i>	XI.	De natura verbi intellectus. <i>In cit. edit. XIV.</i>
II.	Declaratio quorundam articulorum contra Græcos, Armenos, & Saracenos ad Cantorem Antiochenum. <i>In cit. edit. III.</i>	XII.	Tractatus de sortibus ad Dominum Jacobum de Burgo. <i>In cit. edit. XXV.</i>
III.	Compendium Theologiæ ad Fratrem Reginaldum Ordinis PP. <i>In cit. edit. II.</i>	XIII.	De judiciis astrorum ad Fr. Reginaldum. <i>In cit. edit. XXVI.</i>
IV.	Responsio ad Magistrum Joannem de Vercellis de articulis 42. <i>In cit. edit. X.</i>	XIV.	De æternitate mundi contra murmurantes. <i>In cit. edit. XXVII.</i>
V.	De forma absolutionis ad eundem Generalem Magistrum sui Ordinis. <i>In cit. edit. XXII.</i>	XV.	De fato. <i>In cit. edit. XXVIII.</i>
VI.	Responsio ad Lectorem Venetum de articulis 36. <i>In cit. edit. XI.</i>	XVI.	Contra impugnantes Dei cultum, & religionem. <i>In cit. edit. XIX.</i>
VII.	Responsio ad Lectorem Bisuntinum. ( <i>Vesontinum</i> ) de sex articulis. <i>In cit. edit. XII.</i>	XVII.	De perfectione vitæ spiritualis. <i>In cit. edit. XVIII.</i>
VIII.	Tractatus de substantiis separatis, seu de Angelorum natura, ad Fr. Reginaldum. <i>In cit. edit. XV.</i>	XVIII.	Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à religionis ingressu. <i>In cit. edit. XVII.</i>
IX.	De unitate intellectus contra Averroistas. <i>In cit. edit. XVI.</i>	XIX.	Officium de festo Corporis Christi ad mandatum Urbani Papæ IV. <i>In cit. edit. LVII.</i>
X.	De differentia divini verbi, & humani. <i>In cit. edit. XIII.</i>	XX.	De regimine Principum ad Regem Cypri. <i>In cit. edit. pariter XX.</i>
		XXI.	De regimine Judæorum ad Ducissam Brabantia. <i>In cit. edit. item XXI.</i>

Opuscula quæ Commentariorum vicem gerunt, dedimus.

FROM

OPERA

Opera

16

BX1749

T6

1765-66

V.16

c.1

132669









EN MADRID: EN LA IMPRENTA QUE ESTA EN LA PLAZUELA

de Santa Catalina de los Donados, se hallarán los

Libros siguientes:

**S**uma Theologica de Santo Thomas en siete tomos folio, con las Premoniciones, y Vindicaciones del Padre Rubeis, con las Notas de los Padres Nicolai, y Magdalena, y seis Indices generales.

Cathena aurea de dicho Santo, con las mismas Premoniciones, Vindicaciones, y Notas, en dos tomos folio.

Commentarios del referido Santo Doctor sobre los quatro libros del Maestro de las Sentencias, con las mismas Premoniciones, Vindicaciones, y Notas, cinco tomos folio en tres volumenes.

La Suma de los Concilios de D. Fr. Bartholomé de Carranza, Arzobispo de Toledo, con las Adiciones de Francisco Sylvio.

Controversia de *necessaria Residencia personali Episcoporum &c.* de dicho D. Fr. Bartholomé Carranza, un tomo en 4.

Los Casos de conciencia propuestos, y resueltos de orden de BENEDICTO XIV. siendo Cardenal, y Arzobispo de Bolonia.

Constituciones Selectas de Be-

nedicto Papa XIV. suplidias, y reintegradas, dos tomos en 4.

Synodo Diocesana de dicho Sumo Pontífice, dos tomos en 4.

*De Festis Domini nostri Jesu Christi, & Beate Maria Virginis* de dicho Sumo Pontífice, un tomo en 4.

*De Sacrosancto Missa Sacrificio* de dicho Sumo Pontífice, un tomo en 4.

Instituciones Ecclesiasticas del mismo Sumo Pontífice, dos tomos en 4.

Idioma de la Naturaleza del Doctor Don Francisco Solano de Luque, un tomo en 8.

*Tribunal Confessariorum* del R. P. Fr. Martin Vviganadt, del Orden de Predicadores, un tomo en folio.

Gobierno Politico de los Pueblos de España, por Don Lorenzo de Santayana, un tomo en 4.

Suma contra Gentes, un tomo folio.

Opuscula de Santo Thomas, un tomo en folio.

CONTR. ERROR. GRÆC.

Fol. 1

# DIVI THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI, OPUSCULA CONTRA ERRORES GRÆCORUM, AD URBANUM IV. PONTIFICEM MAXIMUM, OPUSCULUM I.

## PROEVIUM.



Itellum ab excellentia vestra mihi exhibitum, Sanctissime Pater Urbane Papa, diligenter perlegi: in quo inveni quamplurima ad nostræ fidei assertionem utilia, & expressa. Consideravi autem, quod ejus fructus possent apud plurimos inæditi propter quædam in auctoritatibus Sanctorum Patrum contenta, quæ dubia esse videntur, & unde possent materiam ministrare errorum, & contentiosis dare occasionem, & calumnia. Et ideo ut remota omni ambiguitate ex auctoritatibus in prædicto libello contentis, (1) veræ fidei fructus purissimus caperetur, proposui primo ea quæ dubia esse videntur in auctoritatibus prædictis, exponere, & postmodum ostendere quomodo ex eis veritas catholice fidei & doceatur, & defendatur.

Quod autem aliqua in dictis Græcorum Sanctorum inveniantur quæ modernis dubia esse videntur, ex duobus æstimo provenire. Primo quidem quia errores circa fidem exorti occasione deierunt Sanctis Ecclesie Doctoribus ut ea quæ sunt fidei, majori circumspectione traderent, ad eliminandos errores exortos; sicut patet quod Sancti Doctores qui fuerunt ante errorem Arii, non ita expresse locuti sunt de unitate divinæ essentia, sicut Doctores sequentes: & simile de aliis contingit erroribus, quod non solum in diversis Doctoribus, sed in uno egregio Doctorum Augustino expresse apparet. Nam in suis libris quos post exortam Pelagianorum hæresim edidit, cautiore locutus est de potestate liberi arbitrii quam in libris quos edidit ante prædictæ hæresis ortum: in quibus libertatem arbitrii contra Manichæos defendens, aliqua protulit quæ in sui deiectionem erroris assumptorum Pelagianorum, divinæ gratiæ adversantes. Et ideo non est mirum, si moderni fidei Doctores post varios errores exortos, cautiore, & quasi eliminatio loquantur circa doctrinam fidei, ad omnem hæresim evitandam. Unde si aliqua in dictis antiquorum Doctorum inveniantur quæ cum tanta

caute non dicantur, quanta à modernis servantur, non sunt contemnenda, aut abicienda; sed nec etiam ea extendere oportet, sed exponere reverenter. Secundo, quia multa quæ bene sonant in lingua græca, in latina fortassis bene non sonant, propter quod eandem fidei veritatem aliis verbis Latini confitentur, & Græci. Dicitur enim apud Græcos recte, & catholice, quod Pater, & Filius & Spiritus Sanctus sunt tres hypostases; apud Latinos autem non recte sonat, si quis dicat, quod sunt tres substantiæ, licet hypostasis sit idem apud Græcos quod substantia apud Latinos secundum proprietatem vocabuli. Nam apud Latinos substantia visitatis pro essentia accipi solet; quam iam nos, quam Græci tamen in divinis confitemur. Propter quod sicut Græci dicunt tres hypostases, nos dicimus tres personas, ut etiam Augustinus dicit in VII. de Trinitate. Nec est dubium quin etiam simile sit in aliis multis.

Unde ad officium boni translatoris pertinet ut ea quæ sunt catholice fidei transferens, servet sententiam, muret autem modum loquendi secundum proprietatem lingue in quam transferat. Apparet enim quod si ea quæ in latino litteraliter dicuntur, vulgariter exponantur, indecens erit expositio, si semper verbum ex verbo sumatur. Multo igitur magis quando ea quæ in una lingua dicuntur, transferuntur in aliam, in quod verbum sumatur ex verbo, non est mirum si aliqua dubietas relinquatur.

## CAPUT I.

Quomodo intelligatur hoc quod dicitur, quod filius habet esse à patre sicut causatum à causa.

Potest autem apud aliquos esse dubium quod in plerisque locis harum auctoritatum dicitur, patrem esse causam filii, & patrem, vel finem esse causam Spiritus Sancti. Et hoc quidem habetur primo in verbis Athanasii, quæ in Nicæna Synodo dixisse refertur, ubi dicit: *Quid quid habet filius à patre, habet sicut verbum à corde: sicut sonus à fonte, & à causa omne causatum.* Qui autem in

(1) Al. vitæ fidei.